



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 10. De rebus Cordubensium Sociorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

tinuâ prece, conservabat. Per Paranam navigans lodice suâ ægrum Neophytum aliquando involvit, reliquo & diurno itinere in diurna veste somnum ipse capiens. Nihil eo pauperius, nihil Majorum jussis obtemperantius fangi poterat. Solitabat se offerre ad despiciatissima quæque munia obeunda. Qualemcumque animi gravitatem latro ore dissimulabat, ab nulo mali remedium querens, quam ab Summo Numine in Venerabili Sacramento delitescente. Sublato Enartio, unus Justus Vansurkius diu Itatinensis provinciæ curam gesit, donec Vincentius Badia, vir strenuus, ei opitulatum iret.

CAPUT

X.
De rebus
Cordubeni-
sium Socio-
rum.

1638.

*Neophytis
courte-fo-*

*Neophytis e-
tentari amon-
centia.*

*Francisci
Puebla
mors.*

*Et Gabrielis
Brittonus.*

CAPUT
XI.
Varie ex-
cursiones
per Tucu-
maniam
factæ.

*Barbara
gentu mo-
res.*

E Cordubensi Collegio emissi Socii, bimestri spatio percursis ducentis leucis, editionem omnem Cordubensem Riocensibus & Esterensibus obversam excoluere, quamplurimis mortalibus omni ope destituis per Baptismum & exhomologis dæmoni erexit. Inter quos notabilis fuit Barbari hominis, turpissimis sceleribus sacrilegiisque deturpati, ad meliorem vitam conversio: cui Christus somnianti se spectandum præbuit, & quod sua & Sacerdotum consilia tamdiu sprevisset, post auditas accusationes tradidit dæmonibus puniendum. Cumque nihil proprius esset, quam ut æternū periret, ope & imploratu Angeli Custodis aliorumque Angelorum, post accepta ab infernalibus larvis multa verbera, in spem corrigendi vitam, sibi redditus est. Ne verò inane somnium putaretur, expergefactus diu sensit acceptarum plagarum dolorem: quo permotus, uno è Sacerdotibus nostris evocato, in Dei gratiam per Sacramentum rediit. Eadem in excursione repertus centenarius Indus, qui nec ante, nec post Baptismum, actualē noxam, quæ quidem animæ lethalis esset, commiserat. Cordubæ Tucumanorum denatus est Franciscus Puebla, in agro Cordubensi quondam in Hispania natus. Ullisppone pro Rege Catholico militiam olim exercuerat, & ad Chilense regnum translatus, Centurionis dignitate donatus, diu cum laude arma tractaverat: donec recusato in aliis Religiosorum Ordinibus, quem offerebant, Sacerdotis gradu, nobiliorem militiam ambiens, Societati Jesu coadjutoris forte contentus nomen daret. Expleto tyrocinio, per plures deinde annos litteras formare pueros docuit: his exercitiis tantam adeptus Dei familiaritatē, & virtutum copiam, ut inter eximiae Religiositatis viros computari mereatur. Alterum funus fuit Gabriel Britto, Villaricæ in Guairania ante viginti-sex annos natus, de quo, præter illustres virtutes, illud singulare narratur, quod cum Sacerdotium, litteris utcumque excultus, adire in Societate posset, post aliquot Religionis annos infimis precibus inter coadjutores temporales mereri impetravit.

E RIOCENSI Collegio ad Indos Pasipamæ vallis incolas, proximè elapsis annis rebelles, sed jam Hispanorum virtute domitos, fructuosè excursum est. Inde Socii gradum feceré ad excolendos septem Barbarorum pagos, Londinensi nuper reædificatae urbi subcensitos; collectaque non contemnendā animarum messe, ad barbarissimam nationem penetravere, nullo planè proventu: nam gens quotidianâ ebrietate ac superstitionibus ad insaniam corrupta, fanis consiliis nullum locum dare voluit. Solent hi homines (ut etiam antiqua Roma in hac Barbarie præficas suas agnoscat) conducere Indas mortuorum suorum laudatrices. Defunctorum oculos non claudunt, sed aperiunt, persuasi mortuos indigere oculis apertis, ne aberrent in via, quâ ad alteram terram deliciis affluentem pergant. Eodem ducti errore, elestissinam corum supellestilem, & ciborum affatim, propè cadaver collocant, ornatumque vestibus non sepelunt; sed super terram eminenti in sarcophago componunt. Recentis ferarum sanguine ad fecunditatem impetrandam nascentes fruges superstitione aspergunt. Atriolorum susu autumant se statim morituros, si nostros Sacerdotes audierint: quare ab iis, tanquam à præsenti veneno, cum abhorreant, non mirandum est nostros Patres eò delatos nullum fructum conceperisse. Sancti Michaëlis Socii peste afflatis, spreto vita periculo, salubriter adfuerte; & ad remota loca excurrentes, magnam utilitatem conceperé. Solito more, Esterensis Collegii sacri pescatores ex fluminibus Salso & Dulci multos homines, jacto Sacra-

mentorum